

## TURPETHUM MINERALE.

℞. Mercurii vivi purissimi unc. ij.

Indantur retortæ aut cucurbitæ vitreæ, & adfundantur

Olei vitrioli unc. viij.

Destillentur in arena usque ad ficitatem, in fine ignem augendo fat fortiter. Frigefacta fractaque retorta eximatur massa salina alba, atque in mortario lapideo vel vitreo in pulverem tenuissimum redigatur, cui adfundatur aqua pura calida, & pulvis antea albus flavebit illico. Pulvis hic aqua pura aliquoties abluatur, tandem exsiccetur, ac fervetur.

## VINUM CYDONIORUM.

℞. Succi Cydoniorum depurati libr. j.

Sacchari albi unc. ij.

Immitte in phialam vitream charta leviter obturatam, relinque per aliquot dies. Fermentatione dein peracta fervetur in vase vitreo pleno, superfuso oleo.

*Ita quoque fit*

(\*) VINUM GRANATORUM.

## VITRIOLUM MARTIS.

℞. Limaturæ Martis non rubiginosæ q. pl.

Solvatur in sufficiente quantitate olei vitrioli multa aqua diluti, ita tamen, ut aliquid de Limatura superflua restet non solutum. Stetper unum alterumve diem, movendo aliquoties vas. Tunc filtrata solutio vaporet ad cuticulam, reponatur in loco frigido, & nascuntur crysalli virides, quæ servandæ. Solutio reliqua eodem modo tractetur, donec nullæ amplius crysalli obtineantur.

(\*) Si ex hoc *Vitriolo* in aqua soluto, vel ex ipsa priore *Martis* solutione per additum *alcalinum fixum salem* excutitur *terra martialis*, hæc denuo exsiccata, ac cum *Oleo Lini* in spissam pulvrem redacta, leni calcinatur igne, obtinetur pulvis ater, cui nomen *ÆTHIOPS MARTIALIS* impositum fuit.

Est vero hic pulvis nihil aliud quam *Crocus martis* phlogisto pro parte dumtaxat dotatus: parce igitur, nec ea velocitate, qua ferri recenter limati pulvis, a magnete attrahitur, ut vel ideo ferri limaturæ non rubiginosæ pulvis subtilissimus *Æthiopi* huic longe sit præferendus.

Alia

Alia quoque extat methodus *ÆTHIOPEM MARTIALEM* parandi, juxta quam *Limatura Martis* sola diuturniore maceratione cum aqua communi, & frequentius repetita agitatione convertitur in pulverem nigrum subtilissimum.

### VITRIOLUM VENERIS.

℞. Cupri limati part. j.

Cui adfunde in cucurbita vitrea abscissa

Olei Vitrioli optimi part. iv.

In Balneo arenæ evaporet ad ficcitatem usque. Refrigeratæ massæ adfundatur aquæ tepidæ sufficiens quantitas, ut massa salina solvatur. Solutio filtretur, vaporet debite, & reponatur ad crySTALLISANDUM. CrySTALLI cæruleæ serventur. Reliquus liquor ulterius evaporet, &, quousque crySTALLI concrefcunt, ad crySTALLISATIONEM ut prius reponatur.

### VITRUM ANTIMONII.

℞. Pulveris Antimonii crudi q. v.

In vase terreo non vitreato sub continua agitatione calcinetur igne lenissimo, ne in grumos confluat, (quod si contigerit, massa de novo pulveranda est) donec in calcem griseam abeat, nec amplius fumet. Hanc calcem immitte

te

te crucibulo tegula plana operiendo, & igne validiore urge, ut in massam æquabilem fluat, quam tunc in marmor politum, & calefactum effunde, ubi in vitrum concrefcet diaphanum, hyacinthini coloris, quod fervandum.

UNGUENTUM ÆGYPTIACUM.

℞. Viridis Æris libr. β.  
 Mellis unc. xvj.  
 Aceti fortis unc. viij.  
 Coquantur sub continua agitatione in consistentiam Unguenti.

UNGUENTUM ALBUM SIMPLEX.

℞. Cerussæ albæ libr. iij.  
 Axungię Porci libr. vj.  
 Coque sub agitatione continua & modica subinde aceti instillatione in Unguenti consistentiam.  
 Cujus singulis libris si admiscueris  
 Camphoræ unc. β.  
 habebis

UNGUENTUM ALBUM

CAMPHORATUM.

UN-